







OBITVM IMMATVRVM  
 JVVENIS  
 PRAENOBILISSIMI ET LITERATISSIMI  
 DN.  
 IO. HENRICI  
 LOCHNERI,  
 NORIMBERG. MEDICINAE CANDIDATI  
 DIGNISSIMI,  
 VIRI  
 ILLVSTRIS, EXCELLENTISSIMI, ET  
 EXPERIENTISSIMI,  
 DN.

MICH. FR. LOCHNERI,  
 DYNASTAE CLIENTELAR. IN HVMMELSTEIN,  
 ROMAN. IMPERII NOBILIS, ARCHIATRI, ET CONSILIARII  
 CAESAREI, COMITIS PALATINI, ACADEMIAE NATVRAE  
 CVRIOSOR. PRAESIDIS, COLLEGII MEDICI NORIMBER-  
 GENSI SENIORIS, ET RELIQA.  
 FILII VNICI, ET DESIDERATISSIMI, IV. NON. JAN.  
 MDCC XV.

PIE, PLACIDEQVE, EXTINGTI, ET PVBLICE  
 MAGNA PATRVN, AC CIVIVN, ACADEMIC.  
 FREQVENTIA ELATI, ET ORATIONE FVNEBRI  
 COHONESTATI,  
 LVCTV, ET DESIDERIO, PROSEQVNTVR  
 PROFESSORES, PATRONI, ET  
 FAVTORES.

VITEMBERGAE IN SAXONIBVS, LITERIS AVGVSTI KOBERSTEINII.





LOCHNERO Juueni moribundo uota Pa-  
rentum

Succurrunt, mortem non superare que-  
unt:

Quid causae? mors est nimium inveterata medullis:  
Pharmaca tollendae nemo parare capax,

Immaturum obitum Juuenis optimi luget

Martinus Chladenius, D.

Acad. Pro Rector.

---

**N**on fuit infelix, Tibi quod nunc obtigit ANNI  
AUSPICIVM, rapiat TE fera MORTE licet.

Dent aliis alii Donaria, muneera, NUMMOS  
Dat meliora DEVS, nam Tua STRENA, Salus.

G. Wernsdorffius, D.

---

**N**on moritur Medicus, medici medicamine  
summi

Nutritus, sequitur vita beata fidem.

Georg. Frid. Schroeer, D.

Non



**N**on fuit in Medico LOCHNER releuetur ut aeger,  
Sic etenim interdum plus ualet arte malum.

*Συμπάθ. ergo scr.*

Caspar. Henric. Horn D.

Ordinarius.

**L**Xcipit ingenti subitam, Lochnere, dolore  
Et Luget mortem Norica terra Tuam.

*Ac poteras certe patriae mox esse saluti,*

*Ac poteras aegris ferre paratus opem.*

*Numinis at primum prospexit gratia summi*

*Ecce Tibi, porro prospicietque suis.*

I. B. Wernher, D.

**N**achdem die Hoffnung nun ist täglich fester worden!  
Daß nach dem kürzsten Tag der Frühling sich stellt ein;

So ist schon vor der Zeit gelangt zum Engel-Orden

Herr Lochner/ und kan stets in Freud bey JESU seyn.

Gottfried Svebus/ D.

**V**tere post multos, LOCHNERE, quiete labores  
Est studiis nostris unica meta quies.

*scr.*

Mich. Henr. Gribner, D.

**S**emma, pie functus, iam sentit gaudia coeli,  
O utinam quoque nos perfrueremur eis!

D. Gebh. Christ. Bastineller.



**A**vspiciis homines anni dant munera, summum  
Dat, Lochnere, Tibi minus in axe Deus.  
Ars dedit aeternum Patri decus, illa dedisset  
Et Tibi, ni vitam mors rapuisset atrox.

Io. Gothofredus Bergerus, D.

**E**Rgo est immiti Lochnerus morte peremptus,  
Et jacet in moesto spes Patris una rogo?  
Quem Genitor nostrae misit Clarissimus urbi,  
Vt coleret Coi dogmata sacra Senis.  
Ista meum certe tetigerunt funera pectus.  
Atque etiam iusti causa doloris adest  
Vel Genus adspiciam clarum, celebremque Parentem  
Qui magnum Medico nomen in orbe gerit.  
Vel uitam & mores doctasque Machaonis artes,  
Et qua praeterea dote repletus erat.  
Adde quod (heu durum est) si cara ac unica proles  
In quo cum nullo est dimidiatus amor.  
Molliter ista ferant ingentia damna Parentes,  
Defunctique cubent molliter ossa precor,

D. Christ. Vater, P. P.

& Phys. Prov. Sax. n. n. Arch. Anhalt.

**N**on iuuat austero totas TE sidere noctes,  
Et studiis longos continuasse dies?  
Scilicet ingenuas annitebâre per artes  
Aeternum ingenio nomen habere Tuo.  
Nunc aeterna uenit Tibi gloria: fata quid ergo  
Conquerimur? uoti compos es ecce Tui.

Solatii causa f.

Io. Christoph Wichmanshausen,

LL. OO. Prof. Publ. & Fac. Phil. Sen.

Vt



**V**T LOCHNERE tui fuit expectatio magna;  
Sic quoque nunc cunctis flebile funus erit.

Henr. **Glausing** / Theol. D.

ejusdemque Prof. P. Extr., Log. Ord.

**H**oc miserum est fatum: Post morbos atque labores  
Perpeffos tandem dicere triste Vale!

Hoc durum est verbum, quod gaudia Ipemque Parentis  
Conturbat varie, ac mille ciet gemitus.

Sed quia sic Vitae vult Arbiter: atque vocavit  
Nostrum: Fata pio haec pectore ferre decet.

Ernestus Christianus Schroederus, P. P.

**L**ochnerus moritur, medica dum doctus in arte  
Mortiferis coepit pharmaca ferre malis.

*Ergo Paeonias non curat Parca medelas!*

*Ergo vis medicâ plus valet arte necis!*

Affectus testandi ergo scribebat

Martinus Hassen, Moral. ac Civ. P. P.

**B**patria nostras venisti laetus ad oras  
Ut miseris discas arte leuare malum.

Nunc tua depascens consumit corpora febris,  
In patriam possis quo remeare poli.

Dolori & memoriae B. defuncti haec dabat.

Dav. Theod. Lehmann, P. P.

**N**umquid Apollineas didicisse fideliter artes,  
Numquid, & herbarum pondera nosse, iuvat?

*Qui norat morbos de corpore pellere anbelo,  
Is quoque per morbum morte furente perit.*

M. G. Loescherus, D.

B

Flos



**R**elos iuuenum, spes cara patris, uel quicquid in  
isto

Extinctum tumulo conditur ante diem.  
Funditus haud periit: sed coeli Numine tectum  
Pulchrius, euieta morte, resurget humo.

Io. Guil. Ianus, Hist. P. P.

**Q***ui medicas aliis coluit solertius artes;  
In medio exanimis concidit ipse gradu.*

*Scilicet in coelis qui scriptus terminus extat,  
Nunc ars Hippocratis nulla, vel herba, movet.  
Agnoscat genitor summi haec decreta Parentis,  
Concelebretque pia mente manumque Deum!*

Joh. Caspar **B**aserung / D.

Archi-Diac.

**V**lta haec est herbae similis, quae nascitur horto,  
Et tamen ingenti frigore victa cadit:

Hoc quoque morte Tua subita, LOCHNERE, probatur.  
Est hoc quod doleo. Sed bene, DIVE, TIBI.

Io. Caspar Brendel, D.

**U***m Patria linquit charos LOCHNERVS amicos,  
Subque alio coelo fata suprema subit.*

*At ueram reperit Patriam, peregrinaque tellus  
Ciuiibus aethereis associavit eum.*

D. Christianus **S**emmich /

Acad. Proto N.

**Q**uid sibi mortalis per longos computat annos?  
Cum quoque non IUVENI parcere Parca sciat.

Felix



Felix qui JUVENIS moritur, qui terrea linquit,  
Exemptusque malis gaudia mille capit.

Johannes Gottofredus Kraus, D.

**N**on parcit tenerae mors invidiosa juventae  
Quam votum, quamque ars flectere nulla  
potest.

Forte alias nondum jam nos charosque Parentes  
Jusserit exequias ire, Beate, Tuas.

Christian. Jacob Heil, J. U. D.

**S**ic quoque saeva manus mortis rapit, ordine spreto,  
Proh! juvenem studiis, genteque conspicuum.  
Hinc merito caelum lugent, redolentque beatum  
Maturum cuncti, dum bona quaeque uouent.

Christianus **H**offmann / <sup>l. f.</sup> Phil. & I. V. D.

**A**rtis dum Medicae Studiosus Noster humatur,  
Ex Veterum dictis illud in ora uenit:  
*Non est in Medico semper releuetur ut aeger,  
Interdum docta plus ualet arte malum.*

Nam seruare probae Medici simulatque Magistri  
Artis discipulum non potuere suum.

Ergo quid in praelens? nobis moestoque Parenti  
Agnosenda uenit cura suprema DEI.

Io. Godofr. Hartungius, D.

**I**ndoleo fatis natum rapientibus illum,  
Qui spes moerentis sola parentis erat.  
Dum vero funus Galenus plorat alumni,  
Opto ego det Patri prospera fata Deus.

D. Io. Christianus **O**rtel

B 2

Will



**W**ill Momi freche Schaar die Medicin verlachen  
So schließt sie Selbige in enge Schranken ein/  
Bflegt auch aus Unverstand den tollen Sak zu machen:  
Ob solte diese Kunst / leicht zu erlernen seyn.  
Allein wer Physicam und Dero Schäze kennet  
Die als ein schöner Theil Machaons Lehren ziert/  
Ja wer die Medicin nicht von Mathesi trennet/  
Der spricht: die edle Kunst wird hier nicht aus studirt.  
Weil diß / der Seelige / bey sich mit Ernst erwogen  
Und nach Vollkommenheit in dieser Kunst gestrebt/  
Ist Er aus Wittenberg nach Sions Burg gezogen  
Da Er in vollen Glantz der wahren Weißheit lebt.  
Er ist durch frühen Tod zum Wesen selber kommen  
Das man in der Natur gleich einem Spiegel spürt/  
Ihn hat der höchste Arkt als Lehrer aufgenommen/  
Wohl dem der so wie Er die Medicin vollführt.

Abraham Vater, D.

---

An des seel. Verstorbenen Herrn Vater.

**V**ergönne Theurer Mann daß mich Dein bitterer Schmerz  
Fast selbst empfindlich rührt: Es ist ja zu beklagen/  
Daß jetzt Dein eigener Sohn / ja gar Dein eigen Herz /  
An einem frembden Ort wird in das Grab getragen.  
Mich deucht als sähe ich Dein Vater- Herze beben /  
Wenn ein geschwärtzter Brief die Trauer- Zeilen bringt /  
Dein E D L E S Blut will sich ganz aus dem Circul geben;  
Weil Deines Sohnes Tod durch Warck und Seele dringt.  
Die Thränen fließen Dir wie Ströhme von den Wangen /  
Dein Athem schwächet sich / die Brust wird ganz beklemmt/  
Du sprichst: Mein einzig Kind / mein Leben / mein Verlangen!  
Nun ist kein Sterblicher der meine Zähren hemmt.  
Doch / mein Hochtheures Haupt / laß Deinen Jammer fahren /  
Du wirst Ihn wieder sehn in Deinen späten Jahren.

Aus mitlendenden Gemütze setzte dieses

Christianus Georgius Bebelius,  
Argent. Med. Doct. & Pract.

---

**G**ott macht es dennoch wohl / obs gleich bisweilen scheint /  
Als hab' Ers hart mit Uns / und unsern Thun gemeinet;  
Man laß Ihn nur allein nach seiner Weißheit walten /  
Gewiß Er wird sodann sich Väterlich verhalten.  
Der Seel'ge wuste das. Die Kranckheit war zwar schwer /  
Und ließ Ihm auch zuletzt ganz keine Kräfte mehr.

Doch



Doch sprach Er: Jesus thuts / den will ich lassen walten /  
Ich laß Ihn nicht / und solt' mir gleich das Herz erkalten;  
Wie Er nun Jesum fest in sein Herz schlosse ein /  
So kan Er nun auch dort auf ewig bey Ihm seyn.

Denen Hochbetrübten Eltern zum Trost schriebs

M. Augustus Wolff / Pred.

**D**ive, tuae curam gessi LOCHNERE salutis  
Laetus, namque DEI sanctus alumnus eras:  
Me miseret Patris, sed sunt solamina magna,  
Quod sciat astrigeros Te subiisse lares.

Pie defuncto LOCHNERO ultimum honoris officium  
lugens perfolvit eius Confessionarius

M. Io. Henricus Reißmann / Eccles.

**S** will in Nürrenberg ein harter Kampff entstehen  
Mit dir / mein Wittenberg / weil du verscharrt hast  
Den / der in Nürrenberg das Leben solte sehen /  
Der liegt in deinem Schooß erstarrt / und erblast.  
Halt ein / o Nürrenberg! Du must nun unten liegen /  
Dein **LOCHNER** hat in mir die Sternen-Burg erlangt /  
Hier in mir Wittenberg / begunt er an zusiegen  
Daß **ER** durch diesen Sieg mit Himmels Cronen prangt.

M. M. Becker / Adj.

**N**ORICVS heu civis MORBILLIS Sternitur atris  
Nobile Stemma cui, mens generosa fuit.  
CAESARIS Archiatri, medicam qui fervidus artem  
Excoluit, Natum, PVSVLA spreta necat.  
LEVCORIDES pressae lacrimas diffundite Musae:  
HECTORA conspicuum dejicit hostis iners.  
Factum! Virtus, sitne dolus quis in hoste requirat?  
Talia fata potens INDVPERATOR habet.  
Haec miseris, ut spero dabunt solatia quaedam:  
Divus at his nutus nectaris instar erit.  
Evocat e tenebris LOCHNERVM sancta Voluntas  
Numinis, in lucem perpetuumque diem.  
Tristitiam comitem indivulsum nox habet; atqui  
Laetitia reficit pectora moesta dies.  
Amplius haud borealis hiems, caligoque noctis  
Te vexant, recreat quem sine fine dies.  
Tuque PARENS, sobolem lugens, impone dolori  
Frenos: Sol veluti fulget in arce poli.  
Atque mihi lacrimas LOCHNERI nomen amaras  
Elicit, ignarus quod prius huius eram.

C

Octo



Octo ruunt nam lustra ex quo LOCHNERVS Amicus  
Nostrum in convictu clauderet ipse latus.  
Sed cum res multo plures, quam nomina dentur:  
Is quisquis fuerit, sat meminisse iuvat.  
Te saluum, longe CELEBRIS VIR, seruet Jova:  
Post gnati luctum, gaudia mille ferat.  
Ast tibi fert requiem tellus peregrina, BEATE:  
Post gelidas tenebras luxque benigna favet.  
Exulat omnis ubi morbus, Medicus procul esto;  
Te tamen excipiunt tecta superna sinu.  
Archiater JESVS propinat plena salutis  
Pharmaca; perpetuo hic Vita salusque vigent.

*Perpetuo honori firmoque apposui solatio*

M. Georgius Michaelis Cassai, Hung.  
Collegii Sapientum Assessor.

**S**pes aderat nobis, multos, LOCHNERE, futuros  
Mox studii fructus, mox meritique gradus.  
Spes fuit & merito. Sed spes haec labitur omnis,  
Cum Te nunc nobis abstulit atra dies.  
Testamur luctum ex animis, lociumque dolorem,  
Atque Tuos, petimus, gratia Diua leuet.

M. Fridericus Strunzius, Ord. Sap. Assess.

**T***urbantur eheu! uota, fiducia  
Naturae & ordo fortis, & omnia:  
Prius seniles quam parentes,  
Filius emoritur probatus.*

*Quo spes parentis, nostrarque quo major,  
Puis propinquis hoc magis est dolor.  
Breuis beati uita gnati,  
Longior ut patris extet, opto.*

*Moestus adjecit*

M. Joh. Adamus Calo, Coll. Ph. Ass. SS. Th. Cand.

**C**omuni natale solum dulcedine cunctos  
Vi uelut occulta, quod putat ille, rapit.  
Mors facit, ut linquas patrios, LOCHNERE, penates,  
Utque sit haec tellus externa grata Tibi.  
Hic reperis patriam, coelum; tellusque quietem,  
Quos seruat cineres, dat peregrina Tuis.  
M. Io. Godefr. Leschnertus, Fac. Phil. Assess. & SS. Th. Cand.

**I**N Te cura stetit chari LOCHNERE Parentis  
Hinc grauis est illi, TE moriente, dolor.  
Nam Tu solus eras, qui conseruare Parentis  
Nomina debebas non peritura Tui.

M. Io. Herm. von Elstwich, Ord. Ph. Ass. & S. Th. C.

Wohl



**W**ohlseeliger / schlaff sanfft in frischen Sand der Erden /  
Wohin Dein blasser Leib zur Ruhe wird gebracht:  
Er wird durch Gottes Macht einst aufserwecket werden /  
Und wieder auferstehn in voller Anmuths-Pracht.  
Indessen lebt die Seel in höchst-erwünschten Freuden /  
Und kan sich dort an GOTT und dessen Schönheit weiden.

M. Joh. Sam. Suppe / Adj. & Th. Cand.

---

**F**erte salutiferas herbas, & si qua per orbem  
Gramina Poeoniis usibus apta virent,  
Vt permulta Patri contingant gaudia de me;  
Ipsa ferox Lachesis ferrea fila trahat!  
Haec LOCHNERE, Tui gemitus fletusque fuere,  
Prompta ied hic valuit nec medicina Tibi.  
Eheu! tam subito Tibi rumpunt stamina Parcaë,  
Et cito Persephone cogit acerba mori.

M. Christ. Carol. Stempel, Ord. Phil. Ass.

---

**M**orte perit doctus Iuuenis, spes unica Patris.  
Non perit; at coeli sphaera fixa petit.  
Cui dabitur faciem Superiorum cernere quondam,  
Coelicolas inter, crede, uidebit eum.  
Cur ergo lacrimas tot fundunt sponte Parentes,  
Cum constet, gnatum uiuere in arce poli?

M. Chr. Fr. Kranewitterus, Chemnicensis, P. L. C.

Fac. Phil. Assess. & Lycei Opp. Rector.

---

**S**i quando lugens gemebunda poemata fudi,  
Moestos inuitus iussus inire modos.  
Id me nunc fateor laceris fecisse Camoenis,  
Dum LOCHNERIADIS funera condit humus.  
Optima Praelustris Genitoris et vnica proles  
Mascula, quae primo flore peremta cadit.  
Is qui spem cunctis non accendebat inanem,  
Et uirtute sua & uiribus ingenii.

His Beate DEFUNCTI Auditoris olim sui maxime industrii praematurum obitum luget

M. IO. FRID. WEIDLERVS, Ord. Phil. Assess.

---

**O**ptima qui patriae, qui spes fuit unica Patris,  
Qui didicit sedulo Medicinae dogmata cuncta,  
LOCHNERVS solers, in primo flore iuuentae,  
Instar iam floris cecidit, magnumque dolorem  
Attulit hoc obitu propero Matrique, Patrique.  
Ast, quoniam Domino placuit, qui cuncta gubernat,  
Cedant hinc lacrymae, gemitus fletusque recedant,  
In superis quia iam uiuit, mortalia temnit,  
Annum concelebrans magnumque, nouumque, triumphans.

M. Godofredus Wagenerus, Ord. Phil. Ascriptus & L. V. C.

Curri-



**C**Vrrite Concives, properate ad LEVCORIS urbem  
Lugentes patrii linquite tecta soli!  
Eripit haec nobis Civem, qui charior ullo  
Optatae Patriae spesque decusque fuit.  
Sed cur LOCHNERVM injuste poscamus ab Illa  
Quae fat moeroris dat monumenta fui?

Paucis hisce Epicedia supremis honoribus dilectissimi Popularis  
data moestissimo animo claudit.

M. Christ. Steph. Kazauer, Ord. Phil. Assess.

**Q**Vem virtus probitas & casta modestia morum  
Omnibus hac clarum fecerat urbe piis,  
Abripitur fato subito vernantibus annis,  
Et cum Patre poli regna Beata petit.

I.

**S**ollen schon die grünen Jahre  
Und der Tugend edles Kind  
Auf die schwarze Todten Bahre?  
Hin? da blasse Todten sind?  
Soll Herr LOCHNER nicht mehr leben?  
Himmel! daß mag Schmerzen geben.

II.

Hätt' ein theurer Stein der Weisen/  
Und Nachoons Wunder = Saft/  
Oder die wir billig preisen/  
Kluger Aerkzte Wissenschaft  
Diese Kranckheit können heben  
Würde Er noch bey uns leben.

III.

Doch wer diesen Port erreicht  
Da den müden Lebens = Kahn  
Niemahls mehr ein Wind bestreicht  
Deucht mich / ist es wohlgethan  
Drum wohl dem / der so sein Leben  
Kan dem Tod zur Beute geben.

IV.

Denn sein Licht der klaren Tugend  
Blihet noch durchs Todes Nacht:  
Nur sein Edler Stand und Jugend  
Seinen Todt uns bitter macht /  
Kurz: Er ist aus Kedars Hütten /  
Und wir sind in Mesechs Wüsten.

V.

Wenn einst durch den letzten Brande  
Selbst Orion schmelzen wird /  
Wird Er stehn in Salems Lande  
Mit Gerechtigkeit umgürtt /  
Da wird Er zum Lamme dringen  
Und das Alleluja singen.

M. G. Zöme / Vitemb. S S. Th. Studiosus.



doppelt: Angeb. 7, Angeb. 62;

Hinweise

3

|                      |                      |
|----------------------|----------------------|
| Signatur<br>1 B 8342 | Stok<br>2. 4. 92 Fla |
|----------------------|----------------------|

RS

Bub 38

AK

9. 4. 92 Fla

Titelaufn.

AKB

FK Genealogie, } 7. 5. 6u  
 ay. 7-927 " }  
 9./10. 4. 92 Fla  
 + Sachsen 125. 57:

Bio K

Bild K

13./14. 4. 92 Fla

SWK

|                |        |                  |
|----------------|--------|------------------|
| Sonderstandort | Signum | Ausleihervermerk |
|                |        |                  |



